

16

DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICA,  
DE  
**MORBIS ÆSTIVIS,**

*Quam*

AUSPICE DEO PROPITIO,

*Et Consensu atque Auctoritate Gratiæ Facultatis Medicae,*

IN ALMA REGIA FRIDERICIANA,  
P RÆS I D E

**DN. D. MICHAELE ALBERTI,**

SACR. MAJ. REG. PÓRUSS. AULICO ET CONSIST. MAGDEB.  
CONSILIARIO, MED. ET PHILOS. NATUR. PROFESSORE

PUBLICO ORDINARIO, ETC.

FACULT. MEDICÆ SENIORE

*Domino Patrono, Præceprore ac Promotore suo, omni honoris cultu prosequendo,*

**PRO GRADU DOCTORIS**

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS ET PRIVILEGIIS DO-  
CTORALIBUS LEGITIME IMPETRANDIS,

HORIS LOCOQUE CONVENTIS;

ANNO MDCCXLV. D. SEPTEMBR.

PUBLICÆ AC PLACIDÆ ERUDITORUM VENTILATIONI SUBJICET

AUCTOR ET RESPONDENS

**CHRISTIAN GOTTLÖB NEUBAUR,**

FRAUSTADIO POLONUS.

---

HALÆ MAGDEBURGICÆ,

TYPIS JOH. CHRISTIANI HENDELII, ACAD. TYPOGR.



V I R O  
EXCELLENTISSIMO ATQUE EXPERIENTISSIMO  
DOMINO  
**JO. CHRISTOPHORO**  
**NEUBAUR,**  
SACRÆ REGIÆ POLONIARUM MAJESTATIS  
AC ELECTORIS SAXONIÆ  
CONSILIARIO ET MEDICO AULICO,  
UT ET  
CELSISSIMI PRINCIPIS AC PALATINI RAVENSIS  
ARCHIATRO SPECTATISSIMO ETC.

PARENTI SUO OPTIMO

HOCCE SPECIMEN INAUGURALE

IN  
PERPETUÆ PIETATIS AC FILIALIS AMORIS MONUMENTUM  
CUM  
ARDENTISSIMO VOTO VITÆ LONGÆVÆ  
VIRIBUS ANIMI CORPORISQUE  
VEGETIS CONJUNCTÆ.

D. D. D.  
FILIUS IPSI OBEDIENTISSIMUS.





## PROOEMIUM.



Agnam esse prudentiae medicæ partem, si quis in rite dijudicandis & congrue tractandis corporis animique affectibus varii generis, *temporis* potissimum rationem habeat, & veteres & recentiores artis sa-  
lutaris antistites uno ore fatentur omnes. *Varia* au-  
tem occurrunt *temporis mome*nta, tam in theoria, quam  
in praxi medica feliciter instituenda, de quibus o-  
mnibus ac singulis is, qui Medici prudentis nomen  
tueri velit, satis quidem sollicite ut disquirat, neces-  
se habet. Sive enim *varia anni tempora* consideret  
Medicus, sive *variam spectet hominum*, qui morbos  
patiuntur, *atatem*; alii se fistunt morbi *biemales*, alii  
*vernales*, *estivi* alii, alii vero *autumnales*; rursus alii  
sunt morbi *infantum* atque *puerorum*, alii *juvenum* at-  
que *adolescentum*, alii denique *vivorum* atque *senum*,

de quorum varia indole, suo jam tempore multa  
 præcepit HIPPOCRATES, per *integrā Sectionem*  
*tertiam Aphorismorum.* Sive denique ipsam morborum  
*duracionem, ambitum & decursum, illorum principium,*  
*incrementum, statum & decrementum, sive varias mor-*  
*borum mutationes particulares, certis quibusdam die-*  
*bus contingentes, sive morborum paroxysmos, diver-*  
*sis diei horis, iisque vel antemeridianis vel pomeri-*  
*dianis redeuntes, & quæ sunt reliqua, paulo diligenter*  
*perscrutetur naturæ minister; facile sane depre-*  
*hendet, motus istos in morbis occurrentes præterna-*  
*turales quidem, ast ordinatos & statu tempora servantes,*  
*non tam a materia morbifica, quam propter materiam*  
*corpori humano ejusque partibus tam solidis quam*  
*fluidis infensam; prudenti sane consilio, diversimode*  
*institui a natura. Hæc enim prouti in statu natu-*  
*rali, pro diversi corporis rerumque corpus vario*  
*modo adficientium motus suos vitales, naturales &*  
*animales varia ratione suscipit ad sanitatis conserva-*  
*tionem, ita etiam in statu præternaturali, motus istos*  
*omnes, ad correctionem & expulsionem materiæ*  
*morbificæ vita & sanitati adversæ, ita quidem diri-*  
*git, ut materiam agilem & nocivam *cito*, minus ve-*  
*ro mobilem minusque periculosa *tuto*, utramque*  
*autem debito tempore debitoque ordine, licet non*  
*adeo semper *jucunde*, per varię corporis colatoria ex*  
*corpo re proscribat. Hinc recte judicat NENTE-*  
*RUS in *Theoria hominis ægrori* sive *Pathologia medica**  
*cap. IV p. XIII. „Ad tempora morborum semper esse*  
*„respiciendum, an scilicet morbi legitimo tempore*  
*„inva-*

„invadant? an respectu ætatum sint congrui? an  
„diutius quam par est extendantur, vel justo citius  
„desinant? an debitas periodos observent? an ty-  
„pum exacte servent, an vero sine typo sint? an  
„symptomata respectu quatuor annorum temporum  
„sint convenientia? & quæ sunt alia. Porro in mor-  
„bis ætatum semper attendendum esse ad congestio-  
„nes ætatis convenientes, nec eas temere suppri-  
„mendas vel turbandas esse, congestiones turbatas  
„morbis maxime irregularibus viam sternere, in-  
„congruas autem in quavis aetate esse periculosa;  
„congestiones ad pectus gravioribus & magis acutis  
„morbis portam pandere, quam quæ ad caput &  
„abdomen fiunt, quoniam hæmorrhagia narium,  
„hæmorrhoidum, mensium & lochiorum fluxus ni-  
„mias hasce congestiones facile solvant. Addit mor-  
„bos congruo anni tempore adfligentes facilius to-  
„lerari, quam contrario modo se habentes; omnes  
„morbos velociter ordinarie tempora absolventes  
„periculosores esse reliquis; morbos periodicos &  
„vere typicos minori ut plurimum periculo subje-  
„ctos, quam periodo & typo carentes. Morbos,  
„tandem ait, horis matutinis sive ante meridianis af-  
„fligentes citius tempora sua absolvere, quam po-  
„meridianos morbos, nisi maligni fuérint. „ Ex  
„quibus facile intelligimus, quam necessaria utilisque  
„sit prudenti Medico, varia non solum ista tempo-  
„rum circa morbos, sed & morborum circa vario anni  
„tempora occurrentium consideratio. Quare facile  
nemo mirabitur, cur speciminis inauguralis loco, hoc  
ipsum

ipsum de morbis *aestivis* elegerim argumentum; præsertim cum jam ante me, in hac ipsa Fridericiana, nuper modo duæ prodierint dissertationes inaugurales, una de *morbis biemalibus*, altera de *morbis Vernalibus*, quarum utraque hac in re divum sequitur **HIPPOCRATEM** qui *Sect. III. Aphorismorum de dupli morborum differentia*, qua *varia anni tempora, variasque hominum etates* differit ex instituto. Sequamur etiam nos laudabile illud exemplum, non obstante *climatis diversitate*, quippe quæ tanta sâne non est, quanta vulgo creditur. Licet enim Græcia, ubi senex noster vixit, ad zonam torridam proprius omnino accedat, ac Germania nostra; utraque tamen regio ad zoniam temperatam pertinet, adeoque non nisi gradualis potest esse morborum differentia. Cumque de morbis *aestivi* maxime *familiaribus* dixerit **HIPPOCRATES** *Aphorismo XXI.* qui ex interpretatione *ANUTII FOESII* ita se habet: *Aestivæ autem borum nonnulli, & febres assidua & ordentes, & terebrantæ plurimæ, & quartanæ; vomitiones, alvi profusio, lippitundines, aurium dolores, oris exulcerationes, genitallium putredines & sudamina.* Hic ipse vero Aphorismus sine præcedente *XX.* cum non satis intelligi possit, eum ut hoc loco reperamus necesse erit. Est autem ille sequens: *Vere quidem insomiae, melanocholie, comitiales, sanguinisque profusiones, anginae, grovedines, rauctates, ruffes, lepræ, imperiginæ, vitiliginæ, & pustulae ulcerose plurimæ & tuberculæ, & articulorum dolores vel fuisse, vel exacerbantur.* Eundem vero tenebimus ordinem in præsenti argomento, ut *primo* quidem loco brevem *morbos*

*morborum aëtiorum exhibeamus recensionem; deinde vero causas horum morborum paulo curatius perscrutemur; tandem & triplicem adversus morbos modo dictos aperiamus artis salutaris fontem, diætericum nempe, chirurgicum & pharmaceuticum. Faxit DEUS feliciter!*

§. I.

**A**etas, quam ab æstu solis nomen suum acceperis. Aetas quid se probabile admodum esse judicat VARRO, in hoc loco de sensu latiori, quo annus integer in biemem & notet. a statim vulgo dispescitur, dimidiam anni partem, ab initio mensis Maji, ad finem usque mensis Octobris; in sensu autem strictiori, ubi quatuor anni tempora, ver nempe, aetas, autumnus atque biems, eaque recte omnino constituantur, quartam denotat anni partem, a fine circiter mensis Junii, ad finem ferme mensis Septembris, seu quod idem est, a solsticio isto, quod æstivum vocant, ad æquinoctium autunnale. Quemadmodum autem quodlibet anni tempus, duobus aliis, proxime nimirum antecedenti & subsequenti adeo propinquum est atque contiguum, ut v.g. hiemis initium finem autumni, & finis hiemis veris initium immediate attingat; hæc ipsa vero temporis contiguitas magnam omnino aeris tempestatumque illorum temporum convenientiam parit; ita facile patet ratio, cur quælibet anni pars, atque sic ipsa etiam aetas, in novam, adultam & præcipitem non male dispescatur.

§. II.

Hinc si rem recte aestimamus, quodlibet anni tempus non nisi unum habet mensem sibi proprium, qui in medietate diu flivi.

B dio flivi.

dio constitutus est, a quo ipsi *temporum morbi* proprie vel *autumnales*, vel *biennales*, vel *vernates*, vel *aestivi* adpellantur. Reliqui autem morbi, qui nova eveniunt aestate, si accurate loqui velimus, *aestivo-vernates*, qui autem aestate præcipite contingunt, *aestivo-autumnales* dicendi forent. Quanquam etiam *ventorum tempestatumque* varia constitutio, aliæque causæ plures, præter variam aeris mutationem, ad morborum in quolibet anni tempore occurrentium diversitatem & varietatem, multum conferant. Id quod ipse jam monuit **HIPPOCRATES** *Set. III.* *Aphor. IV.* In temporibus quibuslibet, cum eodem die modo quidem calor, modo vero frigus nasceretur, autumnales morbos expectare oportet. Et *Aphor. XIX.* Quilibet, inquit in quibusvis anni temporibus morbi sunt, nonnulli tamen in quibusdam ipsorum magis sum sunt, cum exacerbantur.

## §. III.

*Quae vel communiter sunt, vel proprii.* Ex iis, quæ de temporum anni, tempestatumque in illis occurrentium cognatione intima modo diximus, quod nempe aestatis initium cum fine veris, finis autem aestatis cum autumni initio, quo ad ipsam aeris constitutionem, multis modis convenient, facile intelligimus, morborum aestatis non solum, sed & reliquorum anni temporum omnium, quosdam communer quidem esse, quosdam vero proprios. Idque ipsum de aestivis atque autumnalibus morbis expressis verbis adserit **HIPPOCRATES**, *Aphorismo XXI.* Aestate vero, inquit, nonnulli horum, morborum nempe vernalium, *Aphorismo autem XXII.* Autumno, ait, aestivi etiam multi morbi sunt. De morbis vero hyemalibus & vernalibus eandem divo seni sedisse *sententiam*, ex ipsa morborum hyemalium vernalium

liumque recensione oppido appetet, ubi gravedines,  
raucitates atque rufses, tum hyemi, tum veri familiares  
esse contendit.

## §. IV.

Jam si quæras, quinam morbi æstivi sint communes, *Communes*  
quinam vero sint proprii; generatim modo **HIPPOCRATÆ**, *duplicis sunt*  
*TES* respondet: *Aestate vero nonnulli horum, vernalium generis,*  
scilicet morborum, tum sunt, tum exacerbantur. Sed  
hac ipsa quidem ratione nondum satis constat, quinam  
sint isti *horum nonnulli*, qui æstivo pariter ac verno tem-  
pore eveniunt; quemadmodum etiam dantur morbi *æsti-*  
*vo-autunnales*, qui æstati cum autumno, & autumno cum  
æstate, sunt communes. Audiamus hac de re doctissi-  
mum **HIPPOCRATIS** interpretem, **JACOBUM HOLLERI**. *Ex mente*  
*um, Medicum quondam Parisiensem celeberrimum, qui Hollerii,*  
in *Commentario ad hunc Aphorismum*: In singulis anni  
„partibus, inquit, sunt morbi & alieni, & cognati ac pro-  
„prii, ut æstate sunt aliqui morbi verni & alii proprii.  
„Verni sunt sub finem veris, & initio æstatis, usque ad  
„mensem Julium. Ut in his regionibus fere semper pri-  
„ma æstate oriuntur febres tertianæ nothæ, & duplices  
„tertianæ, quia bili permiscetur pituita vere collecta, ob  
„piscium esum, & cælum frigidius ac humidius. Sic  
„generantur continuæ nothæ, putrefacto sanguine, nec  
„non pituita putrida bili permista. Jam *mense Julio*, si  
„æstas habeat secundum naturam, sunt exquisitæ tertia-  
„næ, vel prope accedentes ad exquisitas, sunt continuæ  
„exquisitæ, & exquisitæ ardentes. *Inclinante vero æ-*  
„*estate*, rursus gignuntur tertianæ nothæ, & continuæ no-  
„thæ, & ardentes nothæ; quæ quidem ut alii morbi au-

„tumnales, aut fere autumnum attingentes, sunt longiores & periculostiores vernis illis tertianis & continuis;  
 „idque ob cacochemiam autumno propriam, & malignior  
 „rem materiam, magisque heterogeneam. *Quartanas*  
 „quidam volunt hic expungi, quod sint magis familiares  
 „autumno, possunt tamen fieri aestate, quartanæ a pituita  
 „veris exulta & crassiore redditæ u. t. l. „ Addatur do-  
 ctissimus ejus Scholia, JOANNES LIEBAUTIUS, Medi-  
 cus Parisiensis non minus incelebris, in *Scholiis ad h. l.*

## § V.

*Unius modo generis, ex mente Fickii.* Quanquam vero doctissimus Jenensium Medicus,  
 JO. JACOBUS FICKIUS, recentior HIPPOCRATIS inter-  
 pretes, in notis ad hunc *Aphorismum*, quæ ante paucos ab  
 hinc annos, Jenæ prodierunt cl. Iccc xxix. verbis istis  
 divi sensi: *Aestate vero nonnulli horum, paullo pressius in*  
*hæreat, & uniusmodo generis morbos, aestati nempe no-*  
*væ cum veris fine communes agnoscat, ubi consimilis*  
*aeris temperies ut plurimum occurrat, ita enim ille;* *Com-*  
*munes, inquit, cognoscere datur ex Aphorismo antecedente,*  
*horum scilicet nonnulli, qui a bile notales simul ducunt, mor-*  
*boſo aestatis humore, ut furor, comitialis morbus, tertianæ*  
*& hemorrhagia;* reliquos autem morbos omnes, quos  
 hoc ipso *Aphorismo XXI. adiulit HIPPOCRATES*, sive ad-  
 ultra, sive præcipite aestate contingant, aestati proprios  
 esse velit. *Aestos enim, ait, legitimo, intellecto in hoc A-*  
*phorismo, quo modo producatur suos morbos proprios;* recen-  
 set autem in sequentibus omnes ac singulos ab *HIPPO-*  
*CRATE adductos morbos, tanquam aestati proprios, non*  
*potest obscurum esse, cum omnibus patet, solem tunc radios*  
*& magis perpendiculares, pluresque ac diuturniores in ter-*  
 ram

*ram mettere &c.* Ipse tamen in *notis ad sequentem Aphorismum XXII.* autumnum in tres partes dividendum esse arbitratur; ubi prima, aestati proxima, calidæ quoque ac sicce sit temperiei, adeoque *autumno cum HIPPOCRATE multis aestivis morbos tribuit.*

## §. VI.

Hinc rectius omnino videtur sentire HOLLERIUS, *Nostra hac qui non solum morbos aestivo vernales, sed etiam aestivo de re sententia autumnales, a morbis aestati adulteri propriis discernit.* V.tia, ibi enim eadem vel admodum similis, & aeris & temperatum deprehenditur constitutio, ibi & morbi admodum similes facile occurunt; jam vero finis aestatis cum autunni initio non minorem habet, quoad aeris temperiem, convenientiam, ac aestatis initium cum fine veris; quare aestas præceps cum autunno novo morbos etiam communes habeat, necesse erit. Atque ita, si rem recte aestimamus, ex morbis istis ab HIPPOCRATE hoc ipso Aphorismo in medium prolati, non solum febres tertianæ, sed & ophthalmiae, & aurum dolores, inter morbos aestati cum vere communes; febres autem continua & ardentes, immo etiam continentes, oris ulcerationes, genitalium putredines & sudamina, inter morbos aestati proprios; febres vero quartanæ, ex parte etiam terriana, vomitores & alvi prostravia, inter morbos aestati cum autumno communes, potissimum referri debent. Quanquam, ut jam antea diximus, varia tempestatum, eaque subitanea saepe aeris permutatio, quibusunque anni temporibus contingens, faciat, ut aliquando etiam media aestate, morbi vel vernales vel autumnales tum fiant, tum exacerbentur. Quoniam autem a potiori plerumque fieri solet denominatio;

B 3                    morbos

morbos æstati maxime familiares, secundum tres modo  
dictas classes, breviter hoc loco considerabimus. Prima  
classe morbos æstivo-vernales seu morbos æstatis novæ;  
Secunda morbos æstati adultæ proprios; tertia denique  
morbos, æstivo-annuniales, seu morbos æstatis declinantis  
vel præcipitis, ordine nobis siset.

## §. VII.

*Morborum æstivorum*      *Prima* morborum æstivorum *classe* morbos exhi-  
*æstivorum*      bet æstatis novæ, seu quod idem est, morbos æstivo ver-  
*prima classe*, quos æstatis initium cum fine veris communes ha-  
 bet plerumque. Monet ipse divus noster Senex, ab ini-  
 tio statim hujus *Aphorismi*, quod morborum vernalium  
 nonnulli, inter ipsos morbos æstivos locum quendam in-  
 veniant. Ubi procul dubio ad eos maxime respicit, qui  
 vere jam jam declinante potissimum observantur. Repte  
 huic refert FICKIUS, quem antea jam laudavimus, præter  
 furorem morbumque istum *comitialem*, varias *sanguinis*  
*fluxiones*, seu *haemorrhagias* varii generis, *narium* non so-  
 lum, sed & *uteri*, *haemorrhoidum* &c. quippe qui vernales  
 morbi plerumque ex plethora spissa, per calorem vernum,  
 ubi sol jam propius accedit, vel longinquius porius a no-  
 bis recedit, radios suos perpendiculariter magis in ter-  
 ram nostram mitrit, aeremque calidorem magisque elas-  
 ticum reddit, magis minusve commota, concurrentibus  
 aliis caussis pluribus, tam propioribus quam remotiori-  
 bus, originem suam trahunt. Bene etiam fecit vir do-  
 ctissimus, quod *febres tertianas* inter morbos æstivo ver-  
 nales, seu æstati cum vere communes retulerit hoc loco,  
 quippe qui motus naturæ universales, itidem a plethora,  
 per calorem vernum æstivo admodum similem, in orgas-  
 mum

sum deducta, frequenter satis excitantur. Sed eodem jure & ophthalmias, & aurium dolores, tanquam sanguinis congestiones incompletas, ad eandem morborum classem, ad morbos nempe æstatis novæ, referre potuisset, quo jure maniam, epilepsiam, sanguinisque fluxiones inter morbos æstivo vernales retulit.

## §. VIII.

Sed mittimus in præsenti furores, melancholias, pertinent morbum comitialem, & hæmorrhagias varii generis, de hac i. Febres quibus jam dictum fuit in *dissert. de morbis vernalibus*; & tertianæ, primo loco febres istas tertianas plurimas, quas inter morbos æstivos retulit **HIPPONCRATES**, tanquam morbos æstati novæ cum vere præcipite communes, breviter consideramus. Quemadmodum autem febri generatum quidem, quidquid etiam alii dicant in contrarium, ex mente & sententia B. STAHLII, bene omnino definitur a *Cœleb. Dn. JUNCKER*, *Tabula de Febris in genere*, per principiæ vitæ salutare conamen, quo moribus secretorius & excretoriis, ultra gradum naturalem quidem auctu, quantitatæ etiam & qualitatæ caussæ ut plurimum satis proportionatis, morbiferam aliquam materiam sive præoccupare, sive removere intendit; ita speciatim febris tertiana recte dicitur ab eodem: *species febrium intermittentium, post tertium diem cum horrore atque succidente astu recurrentis, quibus moribus febrilibus principium vitale noxiæ aliquam mazeyam, in primis viis ut plurimum hærentem, preparare & evacusre conatur.*

## §. IX.

Non solum vero *dissert febris tertiana*, ratione pa- illarum dif- roxyymorum diverlo tempore recurrentium, aliarumque ferentia ab circum.

*aliis febribus, circumstantiarum respectu durationis, temporis invadendi,  
tam chroni- & quæ sunt reliqua, a *quoridiana* & *quartana* febre; ista  
cis quam a- enim tertio quovis die, illa singulis diebus, hæc autem  
cutis.*

*quarto demum die scenam suam ludit, aliosque, si gra-  
dus ejus species, gravius, plethoricos præsertim, alios  
vero mitius adfligit; sed & ratione typi differet a febribus  
acutis, tam *continentibus*, quæ nec intermitunt, nec re-  
mitunt, quam *continuis*, quæ singulis diebus ab exacer-  
bationibus suis paullulum quidem remittunt, ad plenari-  
am tamen intermissionem non pervenient. Quamquam  
detur omnino *febris tertiana continua*, species quadam  
febrium compositarum, involvens paroxysmos, tertia-  
næ intermitteri similes, cum calore nihil intermittente,  
sed frequenter ita excedente, ut ab uno paroxysmo ad  
alterum se extendarat.*

## §. X.

*Quanam ratione diffe- Porro *febris tertiana* intermittens legitima a febre  
rant interse- tertiana notha probe discernenda est, quæ quidem etiam  
tertio quovis die recurrat, sed certum invadendi tempus  
nunquam observat, & præterea alia graviora habet sym-  
ptomata, in tertiana legitima minus obvia. Frigus qui-  
dem lene admodum est & transitorium, aestus vero ultra  
consuetum terminum extenditur; tussim adfert, post pa-  
roxysmos languorem, lassitudinem artuum, capitis gravi-  
tatem vertiginosam, somni inquietudinem, inadperenti-  
am, &c. immo ad continuatatem pronæ sunt febres ter-  
tianæ anomalæ. Deinde alia est febris *tertiana simplex*,  
sive *fixa* fuerit, quæ certum tempus & horas observat,  
sive fuerit *erratica*, vel *vaga*, quæ tempus ordinarium  
modo anticipat, modo posticipat, alia vero est *tertiana*  
*duplices*,*

*duplex*, quæ singulis diebus recurrit, ita quidem, ut paroxysmus primus & tertius, secundus & quartus, sibi invicem respondeant, e.g. primo die invadit ante meridiem, secundo post eundem, tertio antemeridianis rursus, quarto autem pomeridianis horis ingravescit, licet sub hoc schemate rarius occurrat. Tandem alia est febris *tertiana benigna*, quæ mitius se gerit, nullumque mortis adfert periculum, nisi quidem corrumpatur; alia autem est *tertiana maligna*, quæ interdum homines sub tertianæ larva invadit, sed mox erumpentibus maculis aliquisque malignitatis indiciis, insignem stragem edere solet.

### §. XI.

Licet autem Febres tertianas plurimas, quod antea *Quo sensu jam diximus*, inter morbos æstati maxime *familiares* rebarum plurimæ *HIPPOCRATES*; videntur tamen istæ, ex mente & *rimas* *buc sententia ejusdem*, non tam inter morbos æstatis ineuntes, referat *Hip pocrates.*

invenire. Praeterquam enim, quod *Aphorismo* XX. inter morbos vernales, quorum nonnullos hoc ipso *Aphorismo* XXI. ad morbos æstivos referendos esse judicat, febrium nullam plane fecerit mentionem; ipsa sane febrium hoc loco, a divo nostro sene facta collocatio, ubi *primo* loco febres *continuas & ardentes*, *secundo* autem febres *tertianas plurimas*, & *tertio* denique loco *quartanas* febres posuit, in eam nos facile perducere posse opinionem, ac si febres tertianæ minus recte inter morbos æstatis novæ referantur. Sed, quemadmodum ex morborum positu, in aphoristica illorum indicatione, sat infirmum ducitur argumentum, ita experientia quemlibet sanitatis

C

tis

tis superque convincit, febres tertianas plerasque æstati novæ non minus quam præcipiti esse communes. Ad eoque omnino recte fecit HOLLERIUS, quod loco supra jam citato febres tertianas, nothas maxime atque duplices, quanquam etiam simplices & legitimæ æstate nova non plane infrequentes sint, una cum febribus continuis nothis, morbis pariter æstivo vernalibus, ac æstivo autumnalibus adnumerare nullus plane dubitaverit. Quia in re etiam alios, ex veteribus pariter ac recentioribus HIPPOCRATIS interpretibus, consentientes haber.

## §. XII.

*2. Referri  
buc meren-  
tur ophibal-  
mia, tam sic-  
ca, quam  
fluide.*

Ad primam morborum æstivorum classem, quæ affectus æstati cum vere communes complectitur, ipsas etiam ophtalmias & aurum dolores pertinere, supra jam diximus §. VI. infra autem, ubi de caussis morborum æstivorum variis ediscerendum nobis erit, hujus nostri adseriti dabimus rationem. Disputant interpres HIPPOCRATIS, utrum de ophtalmiis siccis, veris seu sanguineis stricte sic dictis, quippe quæ tunicae adnatae oculorum inflammationes *sicca sanguinea* pro causa habent; an vero de serosis magis & fluentibus, quas nothas alii adpellant, & *sicca* magis *serosa* involvunt, sermo sit hoc loco. ORIBASIUS siccos intelligit oculorum dolores, quoniam ex bilioso constituantur humore. Ob eandem vero causam, ob biliosi nempe humoris acrimoniam, sua mordicatione lacrymas proritantem ex oculis, non siccas, *fluentes*, sed intelligendas esse judicat ophtalmias JO. LIBAUTIUS *Scholioſes*, quem supra jam laudavimus. Verum utrasque recte omnino conjunxit FICKIUS in *notis* ad hunc locum, quoniam a lympha acri biliosa sollicitentur glandulae

lae

læ lacrymales, a sanguine autem acri bilioso siccо sеpis-  
sime distantur.

### §. XIII.

Nec minori jure inter morbos æstati novæ cum  
vere declinante communes referri merentur *aurium dolores*. <sup>3. Huc spe-  
ciant aurum dolores.</sup>  
relicquis aurium adfectibus, *tinnitus*, qui ex de-  
pravatione auditus in perceptione soni formatur, & cum  
notabili insuper aurium siccitatе conjunctus est, *fusurru*  
& *pulsatione*, *auriumque fluxu*, ubi materia plus minus ul-  
cerosa per aures excernitur, *gravitate seu defectu auditus*  
& *surditate*. Quippe qui adfectus omnes ab impetuosa  
humorum versus hæc loca congestionē, & ab hinc pen-  
dente sanguinis stagnatione, interdum vero ab inflamma-  
tionē internæ membranæ meatus auditorii, originem suam  
ducunt. Quamquam enim aliis quoque anni tem-  
poribus, morbi tam austriani quam aquilonii contingent,  
auribus non minus ac oculis noxam aliquam inferentes,  
ira enim artis medicae Praesul *Apbor. XVII. Seq. III. Quo-*  
*tidiana*, inquit, *constitutiones aquilonia quidem, cogunt*  
*corpora, & firma agilia, beneque colorata oc auditu valen-*  
*tiora reddunt, aluum secant, OCULOS MORDENT, &*  
*speculus dolor aliquis habuerit, exasperant: ar austriana*  
*corpora exsolvunt & buncetant, AUDITUM HEBE-*  
*TANT, caput gravant, vertiginem oculis, tarditatem cor-*  
*poribus adferunt, aluum buncetant.* Ipse tamen oculo-  
rum auriumque adfectus, vere quidem exeunte & æstate  
ineunte, ob majorem sanguinis aliorumque humorum or-  
gasmum, tunc temporis facile exurgentem, frequentio-  
res omnino esse videntur, ac cum moderatior fuerit aeris  
temperies.

### C 2

### §. XIV.

## §. XIV.

*Morborum  
æstivorum  
secunda clas-  
sis.*

Sequitur nunc secunda morborum æstivorum *classis*, quæ morbos complectitur *æstati* jam *adultæ* ferme *pro-*  
*prios*; quo præter febres *tertianos*, æstaticum vere com-  
munes, & *quartanas*, autumno etiam familiares, reliquos  
adfectus omnes tam universales, quam particulares, *A-*  
*phor. XXI.* nominatos, plerique referunt HIPPOCRATIS  
interpretes. Nos vero, sepositis adfectibus æstivo-  
vernalibus, de quibus jam jam diximus, nec non æstivo- au-  
tumnalibus, quorum infra fiet mentio, inter *morbos æsta-*  
*tis adultæ* supra jam § VI. febres potissimum *continuas* &  
*ardentes*, imo etiam *continentes*; deinde vero *oris ultra-*  
*zioni*, *genitallium purporedines* & *sudamina* referenda esse  
monuimus. Quo jure illud fiat, ex doctrina de morbo-  
rum æstivorum caussis, quam paullo post seorsim trade-  
mus, facile constabit; antea autem secundam & tertiam  
morborum æstivorum classem sigillatim contempla-  
bimur.

## §. XV.

*Quafebres  
maxime per-  
tinent con-  
tinue.*

Inter morbos æstivos proprie sic dictos, ex recen-  
sione divi nostri Senis, primum locum occupant *febres*  
*continuae*, quæ quidem plenariam paroxysmorum inter-  
missionem nullam, remissionem vero aliquam agnoscent,  
sive illa magis aut minus manifeste, tempore matutino,  
sive vespertino, sive quocunque alio, statu rāmen ac cer-  
to, contingat. Invadunt ordinarie hæ febres, quibus na-  
tura, ope motuum secretiorum & excretiorum au-  
torum, vel materiam quamdam subtilem & orgasticam  
ad sanguinis nimiam resolutionem & quidem putredino-  
sam producendam aptam, vel lympham vitiosam corri-  
gere

gere & expellere conatur, invadunt, inquam, cum horrore non continuo, sed cum calore in principio aliquo modo alternante & saepius recurrente, non tamen diu, ut in intermittentibus, durante. Quoniam vero calor & reliqua symptomata febrilia nunquam plane intermittunt, sed ad novam usque exacerbationem, ubi iterum ingravescunt, *continuant*; hinc *februm continuarum* nomine recte omnino insigniuntur.

## §. XVI.

Sunt autem *febres continuae* diverse plane indolis; *Quæ vel benignæ*, quibus, licet multi adficiantur, *magna sunt*, pauci tamen e medio tolluntur vel sub multis anomalis *vel malignæ* symptomatibus, gravissimo periculo subjiciuntur, sed pluri<sup>se.</sup> *contagiosæ* sub placidis ac legitimis motibus secretoriis & excretoriis, ad pristinam sanitatem redeunt, quo præter febrem catarrhalem benignam, scarlatinam & pustularem seu purpuram urticatam, febris cholérica, & biliofa ardens seu causus potissimum referuntur. Aliæ vero sunt *malignæ & contagiosæ*, quæ propter materiæ peccantis specialem constitutionem, eamque neque per artem, neque naturæ motibus alterabilem, aut secretioni & excretioni non obedientem, in plurimis aut aliquibus saltem ægrotis eventum salutarem non fortuntur, sed ubi citra turbationes febris extraneas, sive a regimine, sive a therapia præposta provenientes, ægri sub gravioribus symptomatibus cardialgicis, convulsivis, lipothymicis, pulsum debilitantibus decumbunt, aut moriuntur, cuius generis sunt ipsa pestis, febres pestilentiales, nec non aliquando reliquæ exanthematicæ & contagiosæ, præsertim vero si epidemica accedat aëris constitutio, unde etiam

facile immo ordinarie, per contagium vel universale vel particulare cum aliis subjectis communicantur.

## §. XVII.

*Speciatim  
buc refert  
Hippocrates  
febres ar-  
dentes.*

Ex febribus continuis æstati maximaæ familiaribus, *febres ardentes*, seorsim nominat, hoc loco **HIPPOCRATES**. Quamquam vero hodie *febres biliosa* omnes, non nullis, ob insigñem ardoris gradum, ardentium nominae veniant; rectius tamen *febries biliosa ardens*, seu *cavus*, qua voce utitur in textu græco noster Senex, discernitur ab aliis a *febre* ita dicta *cholerica* seu *bilioſa*. Licet enim utraque sit febris acuta continua, secundaria, a natura eum in finem instituta, ut noxa, a bilis acrioris effusione præternaturali & nimia metuenda, mature præcaveatur, aut actu jam facta, quanta fieri potest celeritate tollatur; in eo tamen differt *cavus*, seu febris ardens stricte sic dicta, a *febre cholerica* seu *bilioſa*, quod in hac excretiones bilioso modo per vomitum, modo per diarrhoeam, modo *aw* & *natu* simul obveniant; in cavso autem materia illa noxia conclusa potius detineatur, unde cavus etiam multo acerbior & periculosior esse solet, febre cholerica, quæ, si ægro mature modo feratur auxilium, saepius curatur; cavus vero, quem non male alibi *febrem lebiferam* **HIPPOCRATES** adpellat, in primis si jam involuit, curationem rarius admittit, sed paucis diebus ad mortem properat.

## §. XVIII.

*Speciantur  
buc etiam  
febres  
continentes.* Addimus hoc loco *febres*, quas vocant *continentes*, quæ in eo differunt a continuis, quod nec remissionem nec intermissionem ullam habeant, sed a prima invasione ad declinationem usque uno impetu perdurent, quo febris

bris ephemera simplex & plurium dierum, itemque syncrus simplex & purrida pertinet. Caussa equidem harum febrium omnium proxima & immediata est vehementis sanguinis nimium abundantis exagitatio, eaque a variis caussis internis e. g. nimia partium sulphurearum in sanguine praesentium copia, ab animi excandescentia, & quae sunt reliqua, oriri potest; experientia tamen constat, quod causa occasionalis proxima plerumque sit externa. Sequuntur enim haec febres ordinarie, vel corporis motus exagitatorios universaliares, præcipue sub calida tempestate susceptos, & ultra modum continuatos, cursorios videlicet, saltatorios, aliosve; vel particulares, solius quasi sanguinis commotiones orgasticas, ab aere calidore excitatas. Vnde haud raro accedit, hasce febres excitari a graviori solis aestu, vel totum corpus, vel caput nudum feriente. Ex quo facile intelligimus, febres continentis inter morbos aestati ferme proprios, jure quidem optimo locum quandam sibi vindicare.

## §. XIX.

Post febres continuas & continentes, morbis aestivis *oris ulceræ*, proprie sic dictis *oris ulcerationes*, *genitalium putredines*, *tiones*, *genit & sudamina*, ob eandem, quam modo diximus, caussam, talium putremito adnumeramus. Siquidem *oris ulcero*, tam critica tredines & quam symptomatica, ardente solis aestu, æstate media sudamina, facile oriri solent, quando nempe serosa pars flavæ bilis acris & tenuis, ut judicat HOLLERIVS l. c. petit superficiem oris, vel saliva salibus biliosis prægnans, quod putrefICKIVS, ejusmodi oris ulcerationes producit. Quemadmodum ab eadem bile flava, æstate maxime commora, ex mente & sententia HOLLERII, oriuntur *genitalium putredines*.

*credines*, per quas non cancros intelligere oportet, ut semper facit CELSVS, sed cum GALENO putrilagines materiae, & putrilaginosa, pudendorum ulcera, quibus nisi tempestive succurratur, oboriuntur gangrenæ & sphacelissim, vel intra diem unum aut duos; ex mente autem FICKII biliosus, uvidus, salsus mador & humor in genitalibus, præsertim mulierum, putrilaginosa effectis pudendorum ulcera. *Sudamina*, ιδηωα, gallice *eschaubouilleures*, vel, ut hodie scribunt, *ecbauboulures*, sunt exanthemata parva, HOLLERIO judicante, quæ accidere solent mollioribus, & pueris & mulieribus, in cute præser-tim faciei, cum in sudore, si quid est crassioris materiae, quodque non facile exhaler, restitat in cute. Quodsi vero IO. LIBAVTIVM, scholialem ejus audiamus ad h.l. ιδηωα, seu *sudamina* ista HIPPOCRATIS, sunt pustulæ quædam miliares toto corpore, maximeque in dorso sparsim obor-tæ, a sudorificæ materiae acrimonia, salibus nempe non dilatis, irregularitate sua in cutis poris haerentibus, & ejus fidentibus fibras, quod FICKIVS addit, quidoctissimum HOLLERII interpretetur hac in re sequitur. Sed rectius omnino generatim hanc vocem ιδηωα exponit POESIVS in *Oeconomia HIPPOCRATIS*, per pustulorum genus, ex biliosis & mordacibus humoribus cutem lancinantibus & exulcerantibus, quod ex sudoribus provenit, æstate vexans.

## §. XX.

Morborum *Tertia* morborum æstivorum classis morbos continet æstivorum æstatis jam præcipitis, seu declinantis, quos æstivo autum-teria classis. nales supra jam jam diximus, *febres* nempe *quartanas*, ex parte etiam *tertianas*, itemque *vomitiones*, & *alvi* pro-  
fluvia.

*fluvia.* Sunt qui febres *quartanas* autumnino magis quam aestati familiares, easque, adeo ex morborum aestivorum catalogo expungendas esse contendunt, quemadmodum ipsas etiam vomitiones & alvi profluvia ad eandem classem, morborum nempe autumnalium, febres autem tertianas inter morbos vernales potius, quam aestivos referendas esse judicant. Verum, si ea modo hoc loco repeta-mus, quae §. VI. tum de varia tempestatum diversis anni temporibus, mutatione, frequenter satis contingente, tum de triplici morborum aestivorum classe, tum de temporum & tempestatum proxima cognatione supra quidem in me-dium produximus; deinde vero ea etiam addamus, quae de morborum aestivorum causis mox dicenda nobis erunt; tota illa de serie morborum vernalium, aestivorum, au-tumnaliumque controversia facile componi poterit.

## §. XXI.

Est autem *febris quartana*, ex consensu Medicorum *Febres quar-tane, & ex omnium, febrium intermittentium species, quarto quo-* <sup>parte tertia</sup> *vis die cum frigore & succedente astu ægrum invadens;* <sup>næ.</sup> *quo labore febrili motus vitales materiam aliquam no-* *xiam, circa viscus aliquod hypochondriacum hærentem,* *corrigerem, removere, & hac ratione visceris læsionem* *averrere contendunt.* Caussa itaque materialis huius febri-*s est materia viscida, tenax, plerumque in visceribus* *hypochondriacis, cum vena portæ connexionem haben-* *tibus, stabulans, e.g. in hepate, liene, glandulis mesentrai-*cis, auf in primis viis.* Quoniam vero, quod bene mo-net COSCHWITZIUS *Partbol. Part. II. Sect. I C. IX. §. XXIX.* *viscera illa ita constituta sunt, ut simulraneos, vehemen-tesque sanguinis impulsus, in statu etiam naturali, citra**

D

metum

metum infarctus majoris, minus tolerare possint, nec non sanguis melancholicorum, quibus haec febris praे aliis familiaris esse solet, justo spissior, & ad motus ciratores ineptior est, partesque spongiosæ & porosæ minus patulae, sed magis strictæ existunt. Hinc mirandum plane non est, quod Natura hic circumspete agat, regulasque sanæ rationis observer, dum lenioribus illis motibus materiae stagnantis divulsionem & abstersionem contendit quidem, sed majorum infarctuum successum studiose evitare conatur. Interea tamen, ne tota sua intentione frustretur, id quod uno simultaneo actu perpetrare nequit, plures repetitis, & diutius continuatis moribus & actibus compensare adlaborat. Haec de febre *quartana* sufficient in præsenti; de febribus autem *tertianis* supra jam satis superque dictum fuit §. II. seqq.

## §. XXII.

*Quo jure  
buc referen-  
sur.*

Non negamus, febres quartanæ autumno adeo esse familiares, ut nonnunquam, ab ipsis artis salutaris interpretibus, febrium autumnalium nomine *κατ' ἔξοχην* insigniantur; quemadmodum etiam HIPPOCRATES Aphor. XXII subsequente, inter morbos autumnales istas febres refert. Idque non sine ratione sufficiente; siquidem *fri-  
gido humida aeris autumnalis constitutio* excretionum periphericarum præclusioni, adeoque impuritatum variarum in corpore retentioni, ipsorumque humorum lentescentiae & visciditati, febrium quartanarum caussæ proximæ, magis omnino favere videtur, quam *calida aeris aestivi temperies*. Praeterquam vero, quod aliæ quoque dentur febrium quartanarum caussæ occasione, e. g. febris tertiana, vel quotidiana male curata, vitæ genus sedenta-

dentarium, otiosum, speculabundum, errores in diæta commissi, præserit autem potum nimis refrigerantium abusus, corpore sub æstu solis maxime calente; ipsa sane aeris æstate jam declinante constitutio, adeo quidem calida plerumque neutiquam deprehenditur, ut potius ad frigido humidam autumni temperiem cum calore æstivo sæpius alternantem, proprius accedat. Ex quibus facile etiam intelligimus, cur æstate ad finem properante, rursus gignantur febres *tertiane* nothæ, immo non solum tertianæ, sed experientia teste, febres quoque continuæ ardentesque anomalæ oriuntur.

## §. XXIII.

Tandem & *vomitiones* & *olvi proßuvia* inter morbos *æstivo-autumnales* referimus hoc loco. Quanquam *olvi proßuvia*, enim symptomata utrumque, prout ipsimet monuimus §. XVII. cum febre cholérica seu biliosa, media autem æstate sæpius occurrat; de *diarrhœis* tamen satis superque constat per experientiam, quod illæ non solum ob intemperantem fructuum horæorum, porrumque faculentorum & vere fermentescientium ingestionem, sed quam maxime ob nimiam abdominis refrigerationem, post prægrestam seri colligationem, per corporis exagitationem tempore messis maxime frequentem, æstati declinanti admodum sint familiares. Ad *vomitiones* vero quod attinet, illæ sane febribus biliosis non adeo quidem absolute propriae sunt, ut etiam in aliis febribus, præserit vero tertianis, ubi vitium materiale in primis viis hæret, sæpius observant; in febre autem quartana non facile occurront, nisi quidem febris a manifesta ciborum incongruorum ingestionione initium suum duxerit.

## D 2

## §. XXIV.

## §. XXIV.

*Morborum astivorum causas tum generatim, et speciatim de causis morborum astivo vernalium, astati adulta proprietatum, & astivo autumnalium breviter exponet. Et quidem generaliores morborum rationes, ex aliisque fundamentis astronomico chemico physicis sequentem in modum subducit, FICKIUS in notis ad h. l. „Aestas, inquit, legitima quo modo suos producat morbos proprios, non potest obscurum esse, cum omnibus pateat, sole tunc radios & magis perpendiculares, pluresque ac diuturniores in terram mittere, unde calefacit aer valde, & omnia macrocosmica & globi terrauei corpora, quorum tam fluidae tam solidae particulae motus vi, a reliquis magis consistentibus divelluntur, & in auras abripiuntur, omnis generis, & in iis salinæ atque sulphureæ, quarum omnium atque simul nitri aerei mutua lucta, cum vehementia & celeritate motus, solis calore excitato, aerem adhuc tensionem & simul acriorem, majorisque impetus efficit, viventibus corporibus molestum. Hæc enim maxime, quoad fluores suos alterantur, unde seri defectus, reliquæ magis concentrantur, salinæ acrescunt, & sulphureæ subtilisantur, cum effectu attenuationis, caliditatis & velut inflammationis sanguinis & humorum, a bilis copiosæ, calidae simul & acri productionem idonearum, & simul totius siccitatæ. Haud minus motus vehementia multæ a solidis partibus deteruntur moleculæ efferunturque, quo ipso habitus corporis diminuitur in mole non solum, sed & viribus, ad humorum crasim a mediocritate dejecitam. Ejusmodi inquit, corporis & humorum constitutio*

„*tio fons est morborum in Aphor. XXI. recensitorum.*“  
 Ex quibus omnibus facile intelligimus, sanguinem biliosum, calidum, siccum, tenuem acrem, valdeque mobilem, ex mente Medici Jenensis, aliorumque, qui eum in hac re sequuntur, principem esse morborum æstivorum caussam; id quod etiam in sequentibus, de singulis ab HIPPOCRATE h. l. in medium prolatis morbis, distinctius ostendit.

## §. XXV.

Nos, qui tam motus febries universales, quam particulares congestorios, quibus plerique, si non omnes, æstivi morbi absolvuntur, non *a materia*, vel biliosa acri, vel vi. *bac re sen- tientia.* scida & tenace, sed potius *propter materiam* morbificam, cetera economia animali adversam, e corpore vivo eliminandam, ab ipso ira diætæ naturæ conatu, extraordinario nempe, & in tantum præternaturali, in finem tamen salutarem suscep- pro, cum solertissimis morborum scrutatoribus, ex veritatibus facti, jure optimo derivamus; *orgasticam* quidem *sanguinis, abundantis* præsertim con motionem, a majore caloris æstivi gradu facilis omnino exsurgentem, morborum æstivorum *caussam occasionalem* satis *prægnantem* facile agnoscimus. Quemadmodum vero plures dantur febrium congestionumque, præter calidioris aeris intemperiem, caussæ procatareæ, quo varii *errores dæticæ* in cibo, potu motuque corporis mox excedente mox deficiente, mox calefacti nimis, mox nimis & subinde rursus refrigeranti, æstivo tempore frequenter satis commissi, & quæ sunt reliqua, referri debent; ira rantum abest, ut humorum biliosum, æstate acriorem redditum, unicam dicamus morborum æstivorum caussam, vel efficientem, vel materialem; ut potius *niviam sanguinis*, ab *aere calido æstare*

contingentem, rarefactionem, inter primarias modo febri-  
um aliorumque morborum æstivo tempore occurrentium  
causas occasioales hoc loco referamus.

## §. XXVI.

Morborum  
æstivo-ver-  
naliū caus-  
æ specialio-  
res.

Ad causas autem morborum æstivorum specialiores  
quod attinet, primo loco occurunt morbi ita dicti æstivo-  
vernaliū causæ, quos nova quidem æstas cum vere in æstatem de-  
clinante communes plerumque agnoscit, quo præter hæ-  
morrhagias variæ generis, furorem & morbum comitialem,  
febres potissimum tertianas plurimas, ophthalmias, aurium.  
que dolores supra §. VII. usque ad §. XIII. præcipue retuli-  
mus. Si HOLLERIUM & LIBAUTIUM, doctissimum ejus  
scholiastem consulamus hac in re, ille quidem in *Commenta-*  
*tario ad h. l.* „In his, inquit, regionibus semper prima æsta-  
te oriuntur, febres tertianæ norhæ & duplex tertiona, quia  
„bili permiscetur piruita vere collecta, ob pescium esum, &  
„cælum frigidius ac humidius; hic autem in Scholis ad  
HOLLERII *Commentarium*; Ea, scribit, parte anni, quæ  
definitur ab ortu Vergiliarum ad ortum Arcturi, nonnulli  
accedunt morbi verni, quod æstatis principium veris notu-  
ram retiner, tum a commotione humoris exitum non ha-  
bentis, tum ab abscessu facto intro, aut foras, aut alio quo  
oportet. Et paullo post: Febres, ait, tertianæ plurimæ  
oriuntur a particuliari affectione partis alicuius gignantis,  
mittentis, trahentis, aut suscipientis biliolum excremen-  
tum, cuius motu, putredine aut collectione paroxysmus  
altero quoque die excitatur. Quemadmodum FICKIUS  
ad hunc locum, morbos æstati cum vere communes, a  
consimili aeris temperie, quæ utplurimum veris finis & æsta-  
ris initium gaudere solent, febres autem tertianas a crudi-  
tibus

tatibus primarum viarum biliosis, recte omnino dedit. *Ophthalmia* autem, & *aurium dolores*, eandem cum morbis vernalibus, qui vere exeunte potissimum eveniunt, originem habent. Crescente enim mense Majo aestivi solis calore, abundantis sanguinis etiam crescit commotio, unde variae istae oriuntur humorum congettiones, tam compleræ, quam incompleræ.

## §. XXVII.

Inter morbos aestivis jam adultæ, febres continuæ & Morbi effardentes, itemque etiam continentes, primum sibi vindictis adultæ cant locum; idque non solum ob summum aestivi caloris unde orian gradum, unde sepe impetuosa evenit humorum exagitatione, sed maxime ob aerem, aestivo quidem tempore sene niorem, & nihilo tamen minus admodum aliquando impurum, quippe qui variis putridis subtilioribus exhalationibus, præsertim circa lacus & paludes, sub nimio & intensiore solis aestu, imprægnatur. Ista autem aeris aestivi inquinatio, cum partium tam fluidarum quam solidarum nostri corporis mixtionem & structuram, fermentativa & putredinosa sua corruptione, facile evertere possit; huic quidem periculo vitae & sanitati nostræ imminent, medicinam parare conatur natura, tum per motus vitales solito austiores, varieque alteratos & modificatos generatim, tum speciatim per motus secretorios & excretorios certo ordine, mensura, paroxysmo & periodo ita institutos, ut materia ista admodum subtilis, putredini concipiendæ, & concitandæ apta, quantocyus per varia collatoria e corpore proscribatur. Ex quo facile etiam intellegitur, unde oris istæ ulcerationes, genitalium putredines & sudomina varii generis, originem suam trahant.

## §. XXVIII.

## §. XXVIII.

*Unde prove-* Quæ de morbis æstivo-vernalibus, illorumque caus-  
*mansi morbi* sis diximus §. XXVI. ea, mutatis modo mutandis, de mor-  
*æstivo-autum-* borum *æstivo-autumnalium caussis* dicenda nobis erunt  
*tumales.* hoc loco. *Consimilis* nempe *aeris temperies*, quam finis  
 æstatis cum autumni initio plerumque habet communem,  
 sufficientem nobis præbet febrium quartanarum ex parte  
 etiam tertianarum, vomitionum itidem & alvi profluvio-  
 rum rationem. *Æstate enim* in finem declinante, calido-  
 sicca aeris temperies, æstati adulteræ ferme propria, in *fri-*  
*gido-bumidam autumni* constitutionem, cum calore æstivo  
 sepius alternantem, facile abire solet; unde libera seri  
 halituosi perspiratio admodum sufflaminatur, corporisque  
 impuritates indies augmentur, quas & motibus febrilibus  
 universalibus, vel particularibus excretoriis *æw* & *xatw*,  
 eliminare conatur natura. Accedunt aliæ cause plures  
 procatasticæ §. XXII. seq. in medium jam prolate, quas  
 ne limites dissertationis excedamus, repetere nolumus in  
 præsenti.

## §. XXIX.

*Pro preca-* Ex iis, quæ de indeole ac natura, caussisque morbo-  
*vendis & a-* rum æstivorum æstati novæ, adulteræ & præcipiti familia-  
*vertendis* ri, satis quidem, pro instituti ratione exposuimus, de  
*morbis æsti-* ipsis illis *auxiliis remediisque*, pro præcavendis & averten-  
*vis remedia* dis æstivi temporis adfectibus, ex *triplici* salutaris artis  
*Ex fonte die-* *fonce* necessariis, facile nobis constare poterit. Quemad-  
*tesico.* modum vero *regula diætericæ generatim*, rectum & legiti-  
 tum rerum non naturalium usum porissimum concer-  
 nunt; ita *speciatim*, ad morbos ex calidore & sicciori  
 aeris temperie oriundos, tam præcavendos quam aver-  
 tendos,

tendos, *vigilus* requiritur *mediocris*, *euxypnoe* & *eupneos*, ad frigidum præsertim ac humidum inclinans. Quam in rem inserviunt tremor, ptisanæ, juscula avenacea, carnes gallinarum, caponum cum passulis, succo citri, latuca, acetosa, & similibus ad gratum saporem condita, quippe quæ refrigerant, humectant, sicutimque insimul placant. Potus aquosus sit paullo largior, cerevisia tenuis, hordeacea & bene defæcata, alterata acidulis, vinosus autem tempore aestivo parcior esse debet reliquis anni temporibus. Nec frigido semper, nedum frigidore potu, fervente solis calore, utendum nobis est, quippe qui viscerum læsionibus ansam facile præbere potest; ut potius potum calidum non adeo quidem saturatum, ad compescendum sanguinis orgasmum, humores spissiores diluendos, & cacochymiam biliosam corrugendam, quam prudentissime nonnunquam interponamus. *Egerenda* respondeant ingerendis, retinenda vero excretis; *somnus* & *vigilia*, *motus* & *quies*, præsertim vero *animi pathemata*, debitam servent moderationem. Calida autem aeris intemperies, de qua primo loco dicendum nobis fuisset, vel mutatis eo tempore habitaculorum sedibus & locis, vestibus, stragulisque ad aestatem compositis, quantum fieri potest, prudenti ratione effugienda, vel usu reliquarum rerum nonnaturalium moderato, aquæ, florum, graminisque sparsione moderanda, vel quod optimum, duriore paululum vitae genere, frigore nempe & calore a teneris adsueto, alacri & constante animo, fortiter quidem sustinenda erit.

*Ex fonte Chirurgico.* *Fontem Chirurgicum si consulamus, statim nobis se offert, sacra illa Chirurgorum & multorum Medicorum anchora, *Venæfæctio*. Hæc licet in *morbis* præca-vendis æstivis, curandisque aliis, ex quantitate potissimum oriundis adfectibus, ad plethoram nempe immi-nuendam, & thumores aliorum derivandos, locum quen-dam habere possit; tantum tamen abest, ut in febribus variis generis, quæ maximum omnino morborum æsti-vorum numerum faciunt, insignem aliquam utilitatem præstet, ut potius, si unicam forte exceperis *febrem sy-nocham*, majus omnino inferat damnum. Reæte judicat laudatus DN. JUNCKER tabula de *Venæfæctione* in *coute-lis* atque *observationibus*; tantum sepe esse *abusum Venæfæctionis in febribus*, præsertim *acutis*, ut revera adse-verare liceat, multos ægros hac ratione trucidari. Ra-tiones hujus adserti, quas statim subjicit, dignæ sunt, quæ hic legantur: „Febres acutes, *inquit*, verulantur in secre-tione & excretione materiarum, quæ sanguinis & vi-talium partium mutationi corruptionem minantur, vel lene initium jam sumserunt. Hæc secretio & excretio pro diversitate causarum differt; alia enim ad *colliqua-tionem sanguinis in serum*, & hinc exonerationem per *urinam & sudorem* tendit; alia ad subtilium halitusoso-ruim miasmatum secretionem & jugem lenem excretio-nem per *transpirationem halitusosam* vergit; alia per *suc-cessivam expressionem* materiae talis erysipelaceo-aposte-matosæ ad superficiem corporis per *exanthemata* pro-gredi necesse habet; alia ad sinceram *sanguinis exonerati-onem*, & quidem *criticam*, pertinaciter inclinat; alia „vomiti-*

„vomitoris, alia cataractis excussionibus intenta est &c.  
 „Quodsi itaque febris aliqua *exhalatione, sudore, vel ex-*  
 „*anabematibus* solvi debeat, Venæfæctio autem institua-  
 tur, debita illa & unice necessaria secretio & excretio  
 „sufflaminatur, & febris plerumque funestum eventum  
 „fortitur. „ Nec in febribus intermittentibus, ubi viti-  
 um in primis viis hæret, opus erit venæfæctione.

§. XXXI.

Ex fonte autem *pharmacævico* ea modo hoc loco Ex fonte  
 commendabimus remedia, quæ in febribus legitime tra- pharmacæv-  
 etandis, generatim quidem naturæ scopo videntur esse tico,  
 consentanea. Hæc, prouti circa initium & incremen-  
 tum *præparat, disponit & fecernit* materiam noxiām, in  
 statu vero & sub declinatione præparatam materiam per  
 convenientia loca *excernere & eliminare* adlaborat; ita  
 quod bene monet Excell. Dr. JUNCKERUS, tabula de  
 febribus in genere, duplicitis generis remedia potissimum  
 exposcit, quorum alia *præparationi & secretioni*, alia ve-  
 re materiæ mobilis *excretioni*, ea qua decet ratione, in-  
 servire possunt. Ad priorem classem, præter humectan-  
 tia, lenteamque humorum crassitudinem & tenacitatem *resolven-*  
*tia*, quo radices & herbæ alexipharmaco- temperatæ,  
 itemque salia abstersiva & digestiva, ex acido vitriolico  
 & alcali fixo parata pertinent, ea refert maxime, quæ  
 acrimoniam sulphureo-salinam, & tenuem obtundunt &  
 incrassant, qualia sunt absorbentia ostracodermata, nitro-  
 sa, subacida, emulsiva. Ad posteriorem vero *evacuan-*  
*tium* nempe *remediorum* classem, partim *diaphoretica*  
 spectant, partim *alexipharmaco-diuretica*, partim vero

*oluum* leniter expedientia. De vomitoriiis autem, quæ in febribus intermittentibus aliquando locum habere possent, ita judicat *Vir doctissimus*, quod nec in his adeo necessaria sint, quoniam primarum viarum cruditates ita disponi & præparari possunt per alia remedia, ut si ne tali tumultu commodius eliminari queant. Hæc de *febribus æstati maxime familiaribus* sufficient hoc loco; de reliquis morborum æstivorum remediis plura qui desiderat, audeat *Excell. JUNCKERI Conspectum medicinae theoretico-practicum.*

## T A N T U M.



MON.

## MONSIEUR

**P**ersonne ne niers point qu'il faut agir sagement en toutes choses, mais, qui agit sagement, agit de même régulierement; donc, si nécessaire qu'est la régularité en general, aussi nécessaire est elle dans l'étude de la Medicine, étant une science si fort estimable au genre humain. Aucum ne scauroit pas être digne fils d'Esculape, qui ne s'est pas soucié de la Philosophie & des Mathematiques, par quoi en partie il se prépare à cette science, en partie y met un bon fondement. Je me pourrai passer de la peine de prouves ce-ci, vñ qu'il est connu à chacun dans le siècle écloiré où nous vivons; il est seulement à plaindre, qu'un grand nombre, rôut de propos & par opiniatreté veulent obscurcir cette lumiere. Qui est ce quis ne croie? qu'un Medecin se doit non seulement arrêter aux effets des remèdes, mais aussi approfondir leurs causes. Il me doit demontrer la cause des changemens dans le corps humain & me dire: pourquoi un changement plurôt que l'autre s'y trouve dans le même moment; mais quiconque veut faire ce-ci doit être auparavant Philosophe: Qui est ce, qui ne sache? que sans la Physique on n'est qu'un Charlatan, qui se sert des remèdes si bien nuisibles que saturaires contradictoires que

prouvés dans l'expérience pour guérir une maladie. On accordera, je crois, volontier cette partie & d'autres de la Philosophie, mais on s'imaginera pourtant d'être exempt de la Morale, mais pour ne parler point de ce qu'elle rend l'homme raisonnable, elle nous apprend principalement, comment il faut être honnête-homme dans son métier & conserver sa conscience sans tache; chose, qui est fort nécessaire dans la Medicine, particulièrement grand nombre se trouvant, qui font passer des certains remèdes pour des mystères, qui pourtant ne sont autre chose, que des molens de tromper les stupides. De même je n'ai pas besoin de prouver, que les Mathématiques y sont absolument nécessaires, car ce sont elles, qui renferment ces trésors, dont on se sert d'ordinaire en d'autres sciences. Que fut, il y a cinquante années sans cette admirable science la Physique? si non un assemblage des termes vuides, des opinions & des songes creux. Il est donc certain, que ces deux sciences doivent être liées avec la Medicine, aussi certain qu'il est que trois fois trois font neuf & pas dix. Si donc quelqu'un s'approche avec ces armes incomparables à ces parties, qui encore d'un côté appartiennent à la Physique d'un autre coté à la Medicine même & pareillement avec le plus bel ordre, il ne scauroit pas manquer qu'il n'en existe un sage & prudent Medicin, encore qu'autrefois quelques-uns se soient imaginés, qu'un bon Praticien ne fasse pas la même personne d'avec un bon Théoreticien, mais qu'il puisse bien avoir appris une bonne Théorie & à cela non obstant être Empirique. S'il y a qu'encore il se trouvent beaucoup des choses dans la Medicine réservées pour le tems à venir, il ne s'ensuit pas qu'ils ne doivent être fondées sur la raison & l'expérience.

rience. Mais que cela suffise. Vous MON CHER vous approuvez ce, que j'ai dit par vorre louable exemple. Vous avez choisi le iuste ordre dans vos études. J'en suis temoin il y a deux années, mais que dis je? tous ceux qui vous connoissent. Qu' y a-t-il donc de plus raisonnable que de cueillir aujourd'hui le prix de votre diligence point interrompue? Qu'y a-t-il, qui soit plus à présumer que ce, que Vous ferez à l'avenir des progrès souhaitables dans la Pratique. Quant au premier s'y prens à présent une part pas médiocre, Vous-m'avez toujours été un véritable ami, car vous m'avez aimé sincèrement & contribué beau-coup à mon bonheur; quant au second je vous désire du fond de mon ame l'assistance d'en Haut, afin que toutes vos entreprises réussissent, ce qui ent: etendra d'autant mieux ma satisfaction. Au reste je ne souhaite rien autant que de Vous donner toujours, tout éloigné, que je pourrois être, des preuves convainquantes de mon affection & amitié vù que je suis de tout mon coeur

**MONSIEUR**

Vorre

très-humble & oblige Serviteur & Ami

C. H. GOTTWALT.



He 157.8°

?


ULB Halle  
002 179 687

3



sb





16

DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICA,  
DE  
**MORBIS ÆSTIVIS,**

*Quam*

AUSPICE DEO PROPITIO,

*Et Consensu atque Auctoritate Gratiæ Facultatis Medicae,*  
IN ALMA REGIA FRIDERICIANA,  
P RÆS I D E

**DN. D. MICHAELE ALBERTI,**  
SACR. MAJ. REG. PÓRUSS. AULICO ET CONSIST. MAGDEB.  
CONSILIARIO, MED. ET PHILOS. NATUR. PROFESSORE  
PUBLICO ORDINARIO, ETC.

FACULT. MEDICÆ SENIORE

*Domino Patrono, Præceptore ac Promotore suo, omni honoris cultu prosequendo,*

**PRO GRADU DOCTORIS**

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS ET PRIVILEGIIS DO-  
CTORALIBUS LEGITIME IMPETRANDIS,

HORIS LOCOQUE CONVENTIS,

ANNO MDCCXLV. D. SEPTEMBR.

PUBLICÆ AC PLACIDÆ ERUDITORUM VENTILATIONI SUBJICET

AUCTOR ET RESPONDENS

**CHRISTIAN GOTTLÖB NEUBAUR,**  
FRAUSTADIO POLONUS.

---

HALÆ MAGDEBURGICÆ,  
TYPIS JOH. CHRISTIANI HENDELII, ACAD. TYPOGR.

